Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gloriæ domus patris sui. et suspendent super eum omnem gloriam domus patris
et. uasorum diuersa genera. omne uas paruulum. a uasis craterarum
usque ad omne uas musicorum. In die illa dicit dominus exercituum. auferetur
paxillus qui fixus fuerat in loco fideli. et frangetur et cadet et peri
bit quod pependerat in eo. quia dominus locutus est. Sup diximus somna fuis
se pontifice qui assyrius putatur ciuitatem. s. quia hoc traditionis est he
braice. et scriptura non loquitur. intellegamus eum superbum tumidum et uolup
tuosum. sinus. pedibus pplos conculcantem. Et quia fecerit cuncta quæ ppha
describit. sacerdotium et ad heliachim filium chelchiæ fuisse transla
tum. in illo electo nouus pontifex fieret. Ex quo intellegimus omni studio
superbiam declinandam qua offendit dns. Et ne pontificatum quidem pri
legio dignus esse potest. Iste est sommas ut quidam putant et heliachim
De quibus dicit ppha subtexuit. Mittit rex assyriorum rapsacem de lachis
in iersm ad regem ezechiam in manu grauem. et stetit in aquæductu
piscinæ superioris in uia agri fullonis. egressusque est ad eum heliachim
filius helchiæ qui erat super domum et somnas scriba. et ioe filius asaph
a commentariis. Iubet quoque ppha ingredi ad pontificem qui habitabat
iuxta lxx in pastoforio. iuxta aquilam in tabernaculo. quod sequens
hebraica ueritas theodotio aut. Ingredere ad ioachim istum
quod interpretari potest æquum et rectum. ut scilicet cata antiphrasin
iniquus intellegatur et prauus ad pontificem templi et dicesset. Qui
habitas in domo dei cui scelera in tota ciuitate bachant. qui secu
rus in operibus tuis quasi non uereris captiuitatem excidisti et in
petra sepulchrum. et tam superbe edificasti ut ambitio te in morte
sequeretur. audi quæ sit in te domini sententia. Quomodo gallus gallina
cius humero portatus fertur singuli hominum leuant in scapula
pallium suum. sic tua facilis erit in captiuitate translatio. Habe